UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Petrus Mavimenus, M. S. Pipinus co[n]f. S. Vitalina V. 2[1]. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Petrus Mavimenus, M. S Pipinus cõf. S. Vitalina V. 2. Feb.

Iuſtitia.

Summum in Regibus bonum eſt iuſtitiam colere. Gregorius.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut B. Petrus (B Pipinus: B. Vitalina) ſpretis mundi oblectamentis, ſoli Regi Chriſto placere ſtuduit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per Dom. n. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Regibus, &

1. S. Petrus Mavimenus ſub Arabum ſeu Saracenorum Imperio in Damaſcena Syria Quæſtor Chriſtianus cum ab eis æger inuiſeretur ob præclaram confesſionem de Chriſto editam occiſus eſt, aiebat enim: Omnis qui fidem Chriſtianam Catholicam non amplectitur eſt damnatus.

2. B. Pipinus Dux Brabantiæ, Maior Domus Regum Auſtraſiæ, vnà cum S. Arnulpho Metenſi Epiſcopo Lotharingiæ Duce magna Iuſtitiæ claritate regnis vniuerſis præluxit. Cum corpus eius Nivellam deportaretur longo itinere cæloque aſpero nulli us tamen facis lumen venti flatus extinxit.

3. S Vitalina V. in Gallijs ſuo ſæculo fulſit, & iuxta nominis ſui etymon vitam ſolidam in Chriſto inuenit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN